

**Mer** Exossatum esse oportet quem probe percussit.  
**So** Mirum ne hic me qui murenam exossare cogitat.  
 Vltro istuc qui exossat homines perij si me aspexerit.  
**Mer** Olet homo quidem malo suo. **So** et nunc obolui.  
**Mer** Atque haud longe abesse oportet. **So** verum longe hic abfuit.  
**Mer** Ille homo superstitiosus est gestitum pugni mihi.  
**So** Sim me exercitatus queso in parietem ut primum domes.  
**Mer** Vox mihi ad aures aduolauit. **So** ne ego homo infelix fui  
 qui non alas interuelli uolucem uocem gestito.  
**Mer** Ille homo a me sibi malam rem accessit iumento suo.  
**So** Non equidem ullum hęc iumentum. **Mer** onerandus est pugnis probe.  
**So** Lassus sum hercle enaui ut uectus hęc sum et nunc nauleo.  
 Vix incedo inanis ne ire posse cum onere existimes.  
**Mer** Certe enim hic nescio quis loquitur. **So** saluus sum non me uidet.  
 Nescio quem loqui autumat: mihi certo nomen solia est.  
**Mer** Hinc enim dextera uox mihi aures ut uidetur verberat.  
**So** Metuo uocis ne uice hic vapulem que hunc verberat.  
**Mer** Optume ecce incedit ad me. **So** Timeo totus torpeo.  
 Non edepol nunc ubi terrarum sum scio ubi roget.  
 Neque miser me commouere possum pro formidine.  
**Mer** Ille enim mandata heci perierunt una et solia.  
 Verum certum est confidenter hominem contra conloqui.  
 Igitur qui possum uidere huic fortis a me ut abstineat manum.  
**Mer** Quo ambulas tu qui uulcanum in cornu conclusum geris?  
**So** Quid id exquiris tu qui pugnis exossas homines.  
**Mer** Seruos ne an liber. **So** ut cuius animo collibitum est meo.  
**Mer** A in uo. **So** Aio enim uero. **Mer** verbero. **So** Mentiris nunc.  
**Mer** At iam faciam ut uerum dicas dicere. **So** quid eo est opus.  
**Mer** Possum scire quo profectus quouis sit aut quid ueneris.  
**So** Huc eo heci sum seruos nunc quid num est certior.  
**Mer** Ego tibi istam hodie scelestam comprimam linguam. **So** haud potes.  
 Bene pudiceos adseruatur. **Mer** pergin argumentarier.  
 Quid apud hęc sedis negocium est tibi. **So** immo quid tibi est.  
**Mer** Rex creo uigiles nocturnos singulos semper locat.  
**So** Bene facit quia nos eramus peregre tutatus est domum.  
 At nunc ab ilane aduenisse familiare edicito.